

pla sapientiæ missuram ? Pylades histrio,  
 qui primum vetustum & inconditum sal-  
 tandi morem , præ decora nouitate per-  
 mutasse traditur, in illa arte clarissimus  
 discipulum habuit Hylam nomine, quem  
 cum impensè admodum usque ad pari-  
 tatis atque æmulationis studium erudi-  
 isset, & iam pro discipulo aduersarium  
 haberet, cœpit eum obseruare tam sedu-  
 lo, ut sœpè iustèque redarguens, spectante  
 P. R. se adhuc superiorem approbaret:  
**V**no auditio coniecturari reliqua licebit.  
 Saltabat Hylas canticum , cuius Græca  
 clausula τὸν μέγαν Αἴγαυον. Latinè sub-  
 limen sonabat & ingentem , hanc verò  
 magnitudinem atque altitudinem Hylas  
 sese attollens dilatansque, veluti corpore  
 metuendo repræsentabat: non abstinuit  
 Pylades, sed ex ipso consessu, spectantium  
 exclamans Græcis verbis , οὐ μετόπου μέ-  
 γαρ μοιεῖ: increpuit. Tum coactus à po-  
 pulo idem canticum saltauit: cumque  
 ad id quod in altero reprehenderat per-  
 uenisset, non sese extulit, non effudit, sed  
 contraxit, finxitque meditantem , doctè  
 quidem & prudenter : Quoniam nihil  
 magis magno duci conuenire censuit,  
 quam pro subditis cogitare , nec aliter

com-